S. D. Est apud vos mulier vidua,
quae fuit uxor Typographi Hans
Weissen, honesta et mater multorum
orphanorum quibus patrimonium nullum
relictum est. Haec me rogavit, ut
se et miseros orphanos vobis
commendarem, ut vestra interpellatione
obtinere possit, ut in tempore
solvatur ei quod adhuc debetur
~~[illegible]~~ mariti heredibus, sive in aula
sive alibi. <u>Scio non esse odiosum
in aulis pecuniam petere</u>. Sed
pro vidua laborare, et tot
orphanorum curam suscipere pium est
Et maxime vestro ordini, qui
rem pub. gubernat, convenit
adiuvare viduas. Si publicas
calamitates mitigari a deo
cupimus, adficiamur miseria
viduarum et pupillorum. Nec vero dubito